



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 4. Pontificii Legati sententia de articulorum proscriptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI. ac laudandæ Ecclesiæ consuetudini.
A.C. 1551. Hujus oppositio tantum effecerat, ut
 tum hac de re nihil decideretur.

§. IV.

*Pontificii Legati sententia de articu-
 lorum proscriptione.*

Pallav. 1. 12.
t. 2. n. 9. Collectis diversis Theologorum opi-
 nionibus, ac responsis tota rei
 series in bino Conventu die decima sep-
 tima, ac vigesima prima Septembris
 habito Synodi Patribus proponebatur,
 eo fine, ut demum perversæ doctrinæ
 in hisce articulis contentæ damnaren-
 tur: antequam tamen anathemata pro-
 nuntiabantur, Legatus hunc in modum
 perorabat: „Mibi ut conscientia meæ
 „fatisfaciam, quædam prius admonenda
 „censeo, ac præprimis quidem „mihi
 „minime videtur, in nono articulo
 „quidquam definiendum, æqualis ne,
 „an major gratia impertiretur ei, qui
 „utramque speciem præ illo, qui uni-
 „cam solum acciperet? propterea quod
 „complures Doctores inæqualitatem
 „haberent pro vera sententia, & Con-
 „cilio satis esset hæreses prohibere, in
 „quo plurimum adhuc operæ supererat,
 „Scholasticis quæstionibus relictis: præ-
 „terquam quod nec etiam opportunum
 „fuiſſet, ut ad inæqualitatem propen-
 „derent.

„derent, ne fieret laicorum in Sacer-
 „dotes commotio, quasi fraudarentur
 „ab ipsis ea majori gratia, quæ duarum
 „specierum sumptioni* tribuitur. De
 „decimo: Utrum, antequam Evcharistia
 „sumatur, necesse sit peccata confiteri,
 „cum utrinque multi, gravissimique
 „scriptores adsint, videtur mihi, po-
 „sitionem allatam simpliciter reijcien-
 „dam, statuendumque, ut unusquis-
 „que, antequam Evcharistiam sumeret,
 „obligaretur omnino ad noxas confiten-
 „das: cum alias, ubi aliter fieret, mag-
 „num periculum adiretur: nihil tamen
 „dubito, quin Patres ea sint consilia
 „suscepturi, quæ christianæ reipublicæ,
 „ac religioni prodesse plurimum. „

S. V.

*Patrum reverentia erga opiniones
 Scholasticas.*

Præterea Legatus omnino censebat, *Pallav. l. c.*
 decisiones ita temperandas, atque
 earum voces tam accurate seligendas,
 ac trutinandas esse, ut diversis Schola-
 rum opinionibus, circa quas Doctores
 Catholici aliunde inter se diffidebant,
 nulla inferretur injuria. Enimvero pru-
 dentia legibus apprime consonum hoc
 erat, ne Synodus novis tumultibus Eccle-
 siam exponeret per funestas altercatio-
 nes,